BSB Bayerische StaatsBibliothek

MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Fritsch, Ahasver,

I. N. J. Ahasveri Fritschi[i] Subditus Peccans, Sive Tractatus De Peccatis Subditorum

Norimbergae 1685

Diss. 65#Beibd.1
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10839740-2
VD17 12:102519V

<3660270584001 4

<3660270584001 4

Bayer. Staatsbibliothek

Diss. 65.

I. N. J.

AHASVERI FRITSCHI SUBDITUS PECCANS,

Sive

TRACTATUS

De

PECCATIS SUBDITORUM.

NORIMBERGÆ,

Apud WOLFGANGUM MAURITIUM ENDTERUM.

Anno M DC LXXXV.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

INDEX CONCLUSIONUM.

CONCLUSIO I.

Peccat Subditus, qui pro ſalute Magiſtratûs preces publicas, vel privatas negligit.

CONCLUSIO II.

Peccat Subditus, qui homagium Magiſtratui præſtitum temerè violat.

CONCLUSIO III.

Peccat Subditus, qui Edicta, Mandata & ordinationes

Magiſtratûs negligit, eiſq; obſequium præſtare renuit.

CONCLUSIO IV.

Peccat Subditus, qui Magiſtratui ſuo, non ex amore, ſed formidine pœnæ, coactus obtemperat.

CONCLUSIO V.

Peccat Subditus, qui ſe Domini ſui jurisdictioni ſubtrahit, & alterius patrocinio ſubjicit.

CONCLUSIO VI.

Peccat Subditus, qui à Magiſtratu injuſtam vim patiens contra eum vel arma ſumit, vel maledicta & convitia in eum conjicit.

CON-

CONCLUSIO VII.

Peccat Subditus, qui ob persecutionem Religionis ad Turcam deficit.

CONCLUSIO VIII.

Peccat Subditus, qui vel ob causam Religionis vel libertatis jacturam bonorum ac vitæ rebellionem ac seditionem contra Principem vel Magistratum suum excitat.

CONCLUSIO IX.

Peccat Subditus, qui Principis aut Magistratus sui secreta rimatur & ad deteriora flectit.

CONCLUSIO X.

Peccat Subditus, qui Magistratus sui mandata, edicta & ordinationes perstringere & taxare audet.

CONCLUSIO XI.

Peccat Subditus, qui contrariam consuetudinem inducere, & legis autoritatem tollere nititur.

CONCLUSIO XII.

Peccat Subditus, qui Magistratui suo tributum præstare recusat, aut illud cum murmure & indignatione solvit.

CON-

CONCLUSIO XIII.

Peccant Subditi, qui ſub generali confirmationis privilegiorum ſpecie Superiorum jura injuſtè invadunt.

CONCLUSIO XIV.

Peccant Subditi, qui Principi, & Magiſtratui ſub prætextu gravaminum, obedientiam, aut debitas præſtationes negant.

CONCLUSIO XV.

Peccant Subditi, qui abſq; cauſa Principi & Magiſtratui ſuo diffidunt.

CONCLUSIO XVI.

Peccat Subditus, qui conſilia & machinationes contra

Magiſtratum vel Reipublicam celat eaq; non aperit.

CONCLUSIO XVII.

Peccat Subditus, qui Principem ac Dominum ſuum pro defenſione Patriæ ſequi detrectat.

CONCLUSIO. XVIII.

Peccant Subditi, qui Principem & Magiſtratum ab hoſtibus captum, cùm poſſint, è captivitate non redimunt.

CONCLUSIO XIX.

Peccat Civis, vel Subditus, qui in patefactione bonorum ſuorum cenſendorum fraudem committit.

CON-

CONCLUSIO XX.

Peccat Subditus, qui patriam ſuam hoſtibus prodit.

CONCLUSIO. XXI.

Peccat Subditus, qui vitæ Principis aut Magiſtratûs inſidiatur.

CONCLUSIO. XXII.

Peccat Subditus, qui inferiores Magiſtratus contemnit, iisq; parere detrectat.

CONCLUSIO XXIII.

Peccat Subditus, qui ſe Miniſtris Magiſtratûs vel Juſtitiæ executoribus verbis, vel facto opponit.

CONCLUSIO XXIV.

Peccant Subditi, qui conventicula, aut Collegia privata absq; præscitu & autoritate Magistratûs ineunt.

CONCLUSIO XXV.

Peccat Subditus, qui ob vim & injustitiam, quam à Magistratu, vel judice patitur, in eum contumelioſa verba ex impatientiâ evomit.

CONCLUSIO XXVI.

Peccat Subditus, vel Civis, qui munera civilia, ad quæ lege & statuto tenetur, subire detrectat.

CONCLUSIO XXVII.

Peccat Subditus, qui ob commissum delictum justam pœnam pati detrectat.

CONCLUSIO XXVIII.

Peccat Subditus, qui tempore summæ necessitatis publicæ frumento, aut pecuniâ Reip. non succurrit.

CONCLUSIO XXIX.

Peccat Subditus dives, qui tempore inevitabilis necessitatis publicæ pecuniam Reip. mutuum dare recusat.

CONCLUSIO XXX.

Peccat Subditus, qui contra Magistratûs mandatum venationem exercet.

CONCLUSIO XXXI.

Peccat Subditus, qui Magistratum in vectigalium commodo defraudat.

CONCLUSIO XXXII.

Peccat Subditus, qui Magistratui impia & injusta præcipienti obtemperat.

I. N. J.

TRACTATUS De PECCATIS SUBDITORUM.

CONCLUSIO I.

Peccat Subditus, qui pro ſalute Magiſtratûs preces publicas, vel privatas negligit.

ADhortor, *ait S. Apoſtolus 1. Tim. 2.* ut fiant ſupplicationes, petitiones, poſtulationes, gratiarum actiones pro Regibus, & omnibus qui in eminentia ſunt, ut tranquillam & quietam vitam agamus, in omni pietate & honeſta

neſtate. Hoc pietatis erga Principes, etiam ethnicos ac perſecutores, officium, in primitivâ Eccleſiâ ſemper ſanctè obſervarunt. Ita enim vetuſtiſſimus Eccleſiæ Pater Tertullianus, *in Apologetico*, ſcribit: precantes ſumus omnes ſemper pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam, Imperium ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, Senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, & quæcunque hominis & Cæſaris vota ſunt. Et oramus pro Imperatoribus, pro miniſtris eorum ac poteſtatibus, pro ſtatu ſeculi, pro rerum quiete, pro mora finis. Juſtinus Martyr *Apolog. 2.* Deum, *inquit*, ſolùm adoramus, vobis autem in aliis rebus læti ſervimus, Regesque vos, & Principes hominum eſſe, profitemur, rogamusque, ut vos Regali cum poteſtate ſanam, bonamque mentem habere inveniamini. Et Dionyſius Alexandrinus apud Euſeb. *lib. 7. c. 11.* Nos unum illum

illum Deum, omnium opificem, qui etiam pientissimis Augustis, Valeriano & Gallieno imperium hoc commendavit, colimus & adoramus illum, indesinenter pro imperio eorum, ut immotũ permaneat, oramus. Sic Propheta Hieremias Judæis captivis injungit, ut pro pace Regni Babylonici Deum orent. *Jerem. 29.* & patienter servitutis jugum ferant. Idem officium Christianis in captivitate Turcicâ viventibus incumbit. Nam & pro impio & tyrannico Magistratu orandum, ut sub ipsius protectione tranquillè vivere queamus. Osiand. *in h. l.* & in Genes. *c. 34.* Subditi pro Magistratibus orare debent, ne Deus sinat eos flagitia designare; proptereà, quòd delinquentibus Magistratibus, ferè etiam subditi unà Dei justo judicio plectantur, juxta illud Poëtæ:

Quicquid delirant Reges, plectuntur Achivi.

Quod

Quod hodiè in bellis, per omnes Europæ provincias flagrantibus, cum summo dolore ac damno experimur. Vid. Meng. *Scrut. Consc. c. 8. q. 40.* ubi illud Rabbinicum adducit: Ora pro pace Regni, nisi enim Magistratus esset, alter alterum vivum devoraret. Es stehet nicht (pergit laudatus Autor) in der Unterthanen Willkühr und Gefallen / sondern es erfordert GOtt der HErr von allen Unterthanen ernstlich / daß sie für alle Obrigkeit bitten sollen. Hie fragen sich nun dieselbe / ob sie auch solchem Göttlichen Befehl und Exempel der Heiligen nachkommen? Denn fürwar / weil Obrigkeit so mächtige Teufel wider sich hat / die allen guten Rath / und gerechtes Regiment hindern / und verkehren / so haben sie ihrer Unterthanen Gebet für sich hoch von nöthen / seynd auch hierzu Unterthanen auf ihr Gewissen verbunden / und wo sie solch Gebet unterlassen haben / werden sie mit schuldig allem Unheil / das über und von we-

gen verwahrloseten Unterthanen oder Andachtlosen Gebets / der Satan in Regimenten anrichten und stifften thut. Darum lassets euch gesagt seyn/ ihr lieben Unterthanen / betet ja fleissig und hertzlich vor eure ordentliche Obrigkeit / wolt ihr ein rein und richtiges Gewissen erhalten. Betet / daß sie GOtt in seliger Erkäntnüß der Evangelischen Warheit erhalten / oder darzu bringen wolle. Betet/ daß GOtt eurem Landes-Fürsten getreue gottsfürchtige / erfahrne Räthe verleihen wolle. Betet / daß GOtt eure Obern vor Todsünden und grossen Lastern behüten wolle. Summa / es heist nach den teutschen Reimen:

Wie die Unterthanen beten/
So pflegen die Regentē ihre Schuh zu treten.

Sanè, quòd hodiè Sathanas in multorum Principum ac Regum Aulis grassetur, bellorumque ac dissidiorum semina ubique spargat, subditique miserrimè adfligantur ex

pre-

præcipuis cauſis eſt, quòd Subditi pro principibus Magiſtratibus ardenter orare, ac pro tranquillitate publica preces ſerias facere negligant.

CONCLUSIO II.

Peccat Subditus, qui homagium Magiſtratui præſtitum temerè violat.

IN omnibus Rebuspublicis ab antiquis temporibus uſu receptum eſt, Subditos Regibus, Principibus ac Magiſtratibus juramento ſe obſtringere, quod fideles, obedientes & ſubjecti eſſe velint, daß ſie ihren Landesherrn wollen getreu / gehorſam und unterthänig ſeyn / quemadmodum ex ſuetâ homagii formulâ ad finem hujus capitis adjectâ pluribus pateſcit. Latiſſimè autem fidelitas & obedientia Subditorum, quæ juratò promitti ſolet, ſe extendit; omnia namque Subditorum vota, deſideria, conſilia, dicta,

dicta, scripta & facta ex hisce duobus fontibus fidelitate scil. ac obedientia, fluere debent. Quando verò Subditi temerè & ἐκ προαιρέσεως, quid faciunt, aut dicunt, quod homagiali obligationi conforme non est, perjuri fiunt eoque ad pœnam obligantur, als Eyd- und Pflichtvergessene Unterthanen. Juramentum enim, ait Melancht. *part. Oper. Theol. p. 300.* est asseveratio alicujus dicti, cum invocatione DEI, ut sit testis nostri cordis, quòd non velimus facere, & sit vindex ad nos puniendos, si fallimus: & est obligatio, quâ nos ipsos DEO ad pœnam obligamus, si fallimus. Et non est irrita, quia Deus expressè ordinavit, pœnam pro tali contumeliâ, quòd perjuri volunt eum facere testem mendacii & contemnunt pœnam.

Formula homagii, seu juramenti subjectionis. talis in Germaniâ ferè recepta est.

Ich gelobe/ und schwöre dem Durchläuchtigsten N N. getreu / hold / gewertig und gehorsam zu seyn / Ihrer Durchl. Frommen / Ehre und Nutzen/ nach allem meinem Vermögen / nicht allein zu fördern und zu werben / sondern auch derselben Schaden zu verwehren / zu verwarnen und zu wenden/ insonderheit da ich erführe / daß Ihrer Durchläucht. ichtwas an dero Leibe/ Ehren / Würden und Stande zu entgegen / auch dero Herrschafft / Land und Leuten zu Nachtheil und Abbruch von jemanden ichtwas fürgenommen werden wolte / daß ich solches offenbahren/ und höchstes Fleisses verhüten helffen/ und sonsten allenthalben gegen Ihre Fürstliche Durchl. mich dermassen verhalten und erzeigen will / wie einem getreuen / frommen und gehorsamen ehrliebenden Unterthanen / von Gewonheit und Rechtswegē gegen seinen Landes-Fürsten / und Erbherrn eignet / gebühret und zustehet.

Ich

Ich gelobe und schwöre / daß ich alles was mir itzo vorgelesen worden / und ich wol verstanden / auch sonsten einem gehorsamen Unterthanen gebühret / treulich und unverbrüchlich thun / leisten und halten und darwider in keinerley Wege handeln will / so wahr mir GOtt helffe und sein heiliges Wort.

Vid. D. Theod. Reincking. Biblische Policey *L. 2. axiom. 107.* ubi ait: Die von den Unterthanen ihrem Könige / Landes-Fürsten und Herren geleistete Huldigungen / müssen nicht pro verbis complacentiæ, blossen Ceremonien oder Complementen / wie theils Leute itzo reden / von sich zu schreiben / und in die Welt in offenen Druck zu geben sich nicht scheuen / æstimiret / sondern als sichere / bey dem allerheiligsten Namen / deß ewigen wahren Gottes geschworne Pflichte / sanctè, und unverbrüchlich / bey Vermeidung der schweren zeitlichen und ewigen Straffe deß Meineyds eigentlich und genau observiret und gehalten werden. Denn

wer einen Eyd verachtet / einen Bund für nichts hält / einen Pact auflöset / Glauben bricht / der verachtet den / durch welchen er geschworen hat / thut dem unrecht / dessen Namen / der Gegentheil geglaubet hat ; jusjurandum venerare, sagt Pythagoras.

Halt den Eyd / und sein Gebot /
Wer den Eyd bricht / der lästert
GOtt ;
Und GOtt straffet es an Kindes
Kind /
Daß sich in der Erfahrung find.
Insonderheit weil sein (deß Königs)
Gebot
Nicht ist wider Natur und GOtt.

Froschmäusel. part. 4. c. 5.

CON-

CONCLUSIO III.

Peccat Subditus, qui Edicta, mandata & ordinationes Magistratûs negligit, eisq; obsequium præstare renuit.

LEges & mandata Magistratuum Subditos in conscientiâ obligare, extra omne dubium est. Magistratus enim fert leges & publicat mandata vel edicta, ut Dei minister, per potestatem ab ipso acceptam, qui igitur Magistratui, ejusque legibus ac statutis non obtemperat, Deo non obtemperat. *Rom. 13. v. 1. 2. 3. 4. 5.* Vox Magistratûs, vox Dei. Lex dicitur εὕρημα καὶ δῶρον θεοῦ *inventum & donum Dei l. 2. ff. de Legib. & sit.* Ipsum igitur dictamen rectæ rationis practicum dictitat, leges, mandata & statuta boni publici causâ justè & rectè lata, esse servanda: adeoque ea immediatè obligant Subditos in conscientiâ, ac iis non obtem-

obtemperantes contra conſcientiam peccant. Suarez. *de legib L. 3. c. 21.* Struv. ad π. *Exercit. 2. thes 13.* Deum offendunt, & pœnæ, qua crimen inobedientiæ divinitùs vindicetur, obnoxii fiunt. Vid. Menger. *Scrut. Conſc. cap. 8. q. 37.* ubi ait: Unterthanen fragen ſich / ob ſie ihrer Obrigkeit Edict, Gebot und Regiments-Ordnung zu folgen und zu gehorſamen verachtet und unterlaſſen? Es gehöret hieher alle Ubertrettung/ Schmählerung und Violirung / wolgemeinter/ in Gotttes Wort und Recht gegründeter Landes- und Stadt-Ordnung / wenn zum Exempel / Landes-Fürſten / Kleider- oder Fleiſch-Ordnungen/ Brod- oder Korn-Tax/ oder andere Sachen in ihrer Herrſchafft und Gebiete publiciren und anrichten; Wenn Rath / und Regenten in Städten den Fleiſchern das Schlacht-Vieh würdern / den Beckern das Gewigte ſetzen / den Getreidig-Kauff benennen/ und in andern Handel und Wandel

Maaß

Maaß und Ziel haben / und du Fleis-
scher / du Becker / du Kornhändler ꝛc.
verfährest nichts destoweniger mit
deiner Waare deines eigenen Sinnes
und Gefallens / zu deinem Genieß und
Nutzen über und wider der Obrigkeit
Verbot und Ordnung / solte das nicht
Ungehorsam und Sünde wider das 4.
Gebot seyn? Also auch / wenn Adel oder
Unadel auf Cantzeley und Amts-Be-
fehliche / Landes Obrigkeitlichen Ab-
schiede ꝛc. nichts geben / und passen wol-
len ꝛc. Tanta autem hoc pessimo,
omniumque corruptissimo seculo
Subditorum est inobedientia, tantus
optimarum legum ac Edictorum Ma-
gistratûs est contemtus, ut major &
gravior esse non possit. Nihil ergò
mirum, quòd hodie tàm infelices, &
calamitosæ ferè omnes Civitates ac
Respublicæ Christianæ. Ubi enim
nec Magistratûs, nec legum auctori-
tas salva, ibi nec Salus publica salva
esse potest.

CONCLUSIO IV.

Peccat Subditus, qui Magistratui suo, non ex amore, sed formidine pœnæ, coactus obtemperat.

SUbditorum est, Magistratui, non propter pœnam, sed propter voluntatem & ordinationem Dei ac propter conscientiam obedire *Rom. 13. v. 5.* Est obedientia, *ait Gregorius*, non servili metu, sed charitatis affectu servanda; non timore pœnæ, sed amore justitiæ. Si enim in corde murmures, *inquit Bernhardus*, etiamsi exteriùs impleas, quod jubetur, non est virtus patientiæ, sed velamen malitiæ. Leges humanæ, non solùm, ut quidam volunt, intendunt obedientiam externam, sed & internam, intendunt Cives justos & bonos efficere, *l. 1. §. 1. de J. & J.* licet forte hunc in finem non in quo-

vis

vis assequatur Cive. Struv. *ad* π. *exerc. 1. th. 42.* Vid. D. Menger. *scrutin. Consc. cap. 8. q. 34.* ubi ait: Es sollen die Unterthanen ihren Dienst und Gehorsam der Obrigkeit mit Lust und Willen / nicht mit murren / oder blossen Zwang leisten / in Ansehen Göttliches Gebots und Ordnung. Das solte dem Land- und Bauers-Volck von ihren Seelsorgern sonderlich wol eingebildet und vorgehalten werden / die so gerne ihre gesetzte / und schuldige Lehn- und Frohn-Dienste der Obrigkeit thun / als sie Feuer fressen; Wie denn daher eine gemeine Rede ist: Was wir thun müssen / das thun wir gerne. Wenn die Lauren und unbändige Bauren nicht wüsten / daß der Voigt mit der Peitschen und Kercker-Schlüssel hinter ihnen her wäre / sie giengen der Obrigkeit nicht übern Weg zu Dienste und Gefallen: so greuliche Unart und Hartneckigkeit steckt den groben Rültzen in Fell und Fleisch / daher kömmts / daß sie untereinander ein

solch Sprichwort führen: Wer sich an Herrendienste zu todte arbeitet ꝛc. O prüfet euch hier wol / ihr lieben Unterthanen / und gehet in euer Gewissen: Denn ihr habt auch Rede und Antwort zu geben für Gottes Thron / für alles und alles / das seinem allerheiligsten Gesetz ungemeß ist. und zu wider laufft.

CONCLUSIO V.

Peccat Subditus, qui se Domini sui jurisdictioni subtrahit, & alterius patrocinio subjicit.

IMperii legibus vetitum est, Subditos alterius in suum patrocinium & clientelam suscipere, & ab ordinarii Domini jurisdictione eos eximere. *Aur. Bull. c. 4. tit. 16. R. J. de Anno 1529. §.* Wie auch Churfürsten. *R. J. de Anno 1555. §.* es soll auch Wesenb. *Consil. 48. n. 8. lib. 1.* Peccant igitur Subditi contra homagium præ-

præstitum, si forte gravati protectioni alterius sese subjiciant, & hac subjectione Dominum naturalem in possessione vel exercitio jurisdictionis turbent, Klock. *vol. 2. consl. 24. n. 48.* ubi adducit Alexandrum *consl. 13. n. 17. vol. 6.* qui scribit: non posse Subditos excusari à crimine rebellionis, si ordinario non obedirent, occasione ejusmodi protectionis, cùm ratione protectionis non debeant subtrahere obedientiam, & jurisdictionis exercitium Magistratui suo ordinario. Everhard. *consl. 2. n. 6. vol. 1.* subtrahens, ait, Principi obedientiam, circa ea, quæ concernunt statum Principis, vel qui in his Principi suo infidelis est, dicitur rebellis, potestque condemnari pœnâ L. Jul. Majestatis. Subditi sanè, qui aliorum protectionem ex impatientiâ quæsivêre, ac Principes suos rejecêre, sæpè à Deo puniti sunt, ut non protectores, sed Tyrannos, & libertatis oppressores invenerint. Exem-

pla hoc & ſuperiori ſeculo Europa noſtra non pauca vidit, quibus Subditi ab aliena protectione merito deterreri deberent.

CONCLUSIO VI.

Peccat Subditus, qui à Magiſtratu injuſtam vim patiens contra eum vel arma ſumit, vel maledicta & convitia in eum conjicit.

VIs & injuſtitia perverſiſſimo hoc ſeculo ubique dominantur, Subditi à Principibus ac Magiſtratibus tributorum & operarum oneribus graviſſimè premuntur, ac ferè opprimuntur, undè quærelæ & lamentationes, ſæpè etiam rebelliones, conſpirationes naſcuntur, diræque & maledicta contra Magiſtratus evomuntur. Minimè tamen hæc Subditorum impatientia, & violenta repugnatio probanda eſt. *Ut imbres*

ac tempestates, sic mores Principum ferre oportet, sapiens Taciti gentilis scriptoris dictum est. Christianorum est, injurias patienter ferre, non repugnare, non vindicare, non ob eas Magistratui maledicere, multò minus contra eum arma sumere. Exemplo prævêre Christiani primæ Ecclesiæ, de quibus Tertullianus *ad Scapulam* ita scribit: Hæc erat illius ævi Christianorum disciplina: Potestatibus subditi erant levissimis, iniquissimis edictis ad immania tormenta rapiebantur homines innocentissimi, adversus vim planè injustam adhibebant preces, lacrymas, aliquandò fugam, sæpissimè autem fortis patientiæ gloriam, sed arma nunquam. *Et porrò*: Utique ex disciplinâ patientiæ divinæ agere nos, satis manifestum vobis esse potest, cùm tanta hominum multitudo, pars penè major Civitatis cujusque in silentio & modestiâ agimus. Absit enim à nobis, ut indignè feramus ea

nos pati, quæ optamus, aut ultionem aliquam machinemur, quam à Deo expectamus. Audiant hæc ex impatientiâ murmurantes Subditi, discantque injuriam patienter ferre, inobedientiam omnem fugiendo, ne eâ malum malo addatur. Merentur notari verba Selneccëri, optimi Theologi, qui in Psalm 61. ita scribit: Mancher schilt hefftig auf die Obrigkeit/aber fürwar nicht aus einem gottsfürchtigen Hertzen. Ist eine Obrigkeit böse/ nachlässig/ versäumig/ und beschwerlich/ warum erkennest du nicht deine/ und anderer Leute Sünde? Warum schreyest du nicht zu GOtt/ daß Er deine Obrigkeit erleuchten/ regieren und führen wolle? Warum stehest du auch nicht ab von deinen Sünden/ Wucher/ Ehebruch/ Saufferey/ Fresserey/ Stoltz/ Betrug/ Ungedult/ Gotteslästerung/ Verachtung und Versäumnüß Gottes Worts? Wilt du ja wissen/ woher beschwerliche Obrigkeit komme/ so siehe an deine Sünde/

de / und dein feines Leben / was gilts / du wirst das Maul halten? Denn auch Salomo sagt / daß um deß Landes Sünde willen / viel und mancherley Fürsten kommen / da / was einer gebauet hat / der ander dasselbe zubricht / und ändert / wie man sagt: novus Rex, nova lex. Fromme Unterthanen sind gedultig / und erkennen den Zorn Gottes / und bitten um Gnade / bessern sich / und stehen von ihren öffentlichen Sünden und Lastern ab. Bitten auch / GOtt wolle ihre Obrigkeit zu allen Guten leiten / und ihr Regiment mit seinem Segen handhaben / sie erleuchten / ihr Hertz bewegen / und von allen unnützen Dingen abwenden / ihnen ein friedlich Land erhalten / und ein vätterlich Hertz gegen die Unterthanen bescheren / daß ihre Regierung zu Gottes Ehre / zu Beförderung seiner Kirchen / oder Ausbreitung seines Worts / und zu Wolfarth der armen Unterthanen gereiche / und einen langen Bestand habe. Wo das Gebet nicht ist / da

darff kein Unterthan klagen / wenn böse Obrigkeit ist: Ein Teufel wird mit dem andern gestrafft. Es geschiehet keinem unrecht.

CONCLUSIO VII.

Peccat Subditus, qui ob persecutionem Religionis ad Turcam deficit.

NOn rarò Subditi, ob diversitatem Religionis maximè pressi, per impatientiam Turcicum jugum optant, eique se subjiciunt à Magistratu suo deficientes, Wollen ehe Türckisch/ als Päpstisch seyn. Sed hoc minimè probandum ob rationes gravissimas, quas Lutherus *Tom. 4. Jen. Germ.* latè adducit. Inter alia ita scribit: Ich höre sagen / daß man in Teutschland findet / so deß Türcken Zukunfft und seines Regiments begehren / als die lieber unter dem Türcken / dann unter dem Keyser oder Fürsten seyn wollen; denen soll man ansagen /

Zum

Zum 1. daß solche Leute treuloß und meineidig werden an ihrer Obrigkeit/ der sie geschworen/ und gehuldet haben/ welches für GOtt eine schwere Sünde ist/ die nicht ungestrafft bleibt.

Zum 2. daß solche treulose / abtrünnige / meineidige Leute über das alles noch greulicher Sünde thun / nemlich daß sie sich theilhafftig machen aller Greuel und Bosheit der Türcken / denn wer sich willig unter die Türcken gibt/der macht sich ihr Gesell und Mitgenoß all ihrer Thaten.

Zum 3. ist auch das solchen Leuten einzubilden durch die Prediger / wenn sie sich schon unter dem Türcken geben/ so haben sie es damit auch für sich selbst nichts gebessert/und wird ihnen gar viel fehlen ihr Hoffnung und Anschläge. Triste exemplum superiori anno vidimus in Hungariâ ab Imperatore ad Turcam deficiéntibus, quam defectionem adhuc Hungaria deplorat, Germania nostra, totusque Christianus Orbis dolet.

CONCLUSIO VIII.

Peccat Subditus, qui vel ob causam Religionis vel libertatis jacturam bonorum ac vitæ rebellionem ac seditionem contra Principem vel Magistratum suum excitat.

NUllo casu sive ob Religionem, sive libertatem vel vitæ discrimen, quidquid contrariæ opinionis adsertores dixerint, contra legitimum Principem aut Magistratum rebellio excitanda, aut arma sumenda. Christus & exemplo, & doctrina suâ patientiam nobis præscribit, quam etiam Christiani veteres in gravissimis discriminibus semper secutati sunt. Testis est inter alios Ecclesiæ Patres S. Cyprianus, qui *ad Demetrianum* ita scribit: Nemo nostrûm, quan-

quando apprehenditur, reluctatur: nec se adversus injustam violentiam ulciscitur, quamvis nimius & copiosus sit noster populus. Patientes facit de secutura ultione securitas. Et Lactant. *Lib. 5. Inst.* Confidimus Majestati ejus, qui tàm contemtum sui possit ulcisci, quàm servorum suorum labores & injurias. Et ideò, cum tàm nefanda perpetimur, ne verbo quidem reluctamur, sed Deo remittimus ultionem! Augustin. *de C. D. lib. 22.* Neque, ait, tunc Civitas Christi, quamvis adhuc peregrinaretur in terris, & haberet tam magnorum agmina populorum adversus impios persecutores pro temporali salute pugnavit, sed potius, ut obtineret æternam, non repugnavit. Ligabantur, includebantur, cædebantur, torquebantur, urebantur, laniabantur, tricidabantur & multiplicabantur. Nonerit eis pro salute pugna, nisi salutem pro salute contemnere. Vid. Grot. de Jur. *bell. & pac.*

L. 1. c. 4. §. 7. ubi ait: Ubi superiores ob Religionem mortem intentant Christianis Christus fugam concedit, his scil. quos officii necessitudo nulli loco alligat, ultra fugam nihil. Petrus verò, (*1. Pet. 4.*) Christum ait, *cum patereretur, nobis reliquisse exemplum, quod sequamur, qui cum peccato vacaret, & doli omnis immunis esset, convitia convitiis non reposuit, neque inter patiendum minatus est, sed rem permisit justè judicanti.* Idem gratias agendas Deo, ait, & gaudendum Christianis, si tanquam Christiani pœnis subdantur. In periculis, ait Osiander, *in Act. c. 4.* & persecutionibus, non ad illicita media confugiendum, neque seditiones movendæ sunt, sed Deus invocandus, ut persecutiones sistat & è periculis nos eripiat. Valeat igitur illorum opinio, statuentium, Sanctorum martyrum patientiæ exemplum in hâc re generalem Regulam Christianis Subditis non con-

constituere. Non enim exemplum solùm, sed & doctrina & exemplum Christi ac Apostolorum adest, ac tantæ autoritatis, ut longè tutius ei adhæreamus, quàm hominum opiniones sectemur. Abeat etiam cum suis assectis Miltonus ille Anglus, crimen Regicidii contra divinæ legis autoritatem defendere nitens. Melior ac tutior sententia alterius Angli Scriptoris, D. Jeremiæ Taulo-ris, qui in Tract. Richtschnur eines heiligen Wandels / *p. 375. §. 12.* scribit: Hebe deine Hand nicht auf wider deinen Oberherrn / es sey auch / aus einer Ursach es immer wolle / und gebrauche dich gegen sie keiner anderer Mittel / denn der Gedult / und Unschuld / daß du nemlich entweder willig leidest / und vor sie betest / oder auch dich ihrem Zorn zu entfliehen aus dem Staube machest. Id fecêre superioribus annis Reformati in Gallia ob Religionem à Rege persecutiones graves & injurias passi. Add. Menger. *Scrutin. Consc. cap. 8. q. 44.*

q. 44. ubi adducit *Syr. c. 7. & cap. 26. Proverb. 24.* Rebelles ſanè Subditos infelices ferè vitæ exitus ſortitos eſſe, Hiſtoria omnis teſtis eſt, & noſtra tempora triſtia produxete exempla. Utinam Deus non eſſet! aliquando rebellis Subditus, cùm ad ſupplicium traheretur, deſperabundus de æternâ ſalute, exclamavit.

CONCLUSIO IX.

Peccat Subditus, qui Principis aut Magiſtratus ſui ſecreta rimatur & ad deteriora flectit.

SUbditi Principibus & Magiſtratibus ſuis debent honorem *Time Deum*, inquit Apoſtolus, *honora Regem. 1. Pet. 2. v. 17.* Graviter igitur Subditi contra hoc pietatis officium peccant, qui Magiſtratum calumniis inſectantur, aut ſingula illius facta rimantur, & ad deteriora flectunt.

Quem-

*Quemad*modum enim persona Patris filiis semper sancta & honesta videri debet; ita & persona Principis, ac Superioris Civibus & subditis. Hi pœnas dabunt suæ curiositatis, & vaniloquentiæ. Tantam reverentiã Principibus & Magnatibus exhibere instruimur *Eccles. 10. v. 20.* Etiam in absentiâ eorũ, in domibus nostris, & in colloquiis privatis, ne si contrarium fecerimus, in ipsam divinam pœnam incidamus. D. Franz. *disp. in August. C. poster. 6. n. 8. 2. Pet. 2.* unà cum impio Chamo Generosi patris degenere Filio. *Gen. 9.* Vid. D. Arnold. Menger. *Scrut. Consc. c. 8. q. 43.* ubi scribit: Unterthanen fragen sich/ ob sie wider ihrer hohen Obrigkeit und Landes-Vätter Beginnen/ Rath- und Anschläge/ Actionen und Proceduren / so zu Kirchen und deß Vatterlandes Wolfarth gerichtet / und gemeinet gewesen/ all zu schnell und schnöde / mit Spott- Echmäch- und Scheltworten sich vernehmen lassen / sie zum übelsten ausgemacht / zum schimpfflichsten ausscalirt/

und

und geholhipelt / und also in einem und andern bey solchen præjudizen / Censuren / und scommatisiren / schuldigen Eyd und Pflicht vergessen? Könige und Fürsten müssen sich manchesmal von manchen nachrichten / beernhäutern / rechtfertigen und hofmeistern lassen / da ist deß Klügelns und Splitterrichtens keine Maaß noch Weise / damit sie dann zweyerley Sünde begehen. 1. Handeln sie wider ihr Eyd und Pflicht. 2. Beschweren sie mit Affterreden die Unschuldigen. D. Mörlinus hat offt pflegen zu sagen / wenn es so gemein wäre für die Obrigkeit zu bitten / als es gemein ist zu reformiren / und ihr zu fluchen / so würde es wol stehen in einer Gemeine: Die Obrigkeiten sind Menschen sowol / als die Unterthanen / können fehlen / und zu viel oder zu wenig thun. Melius est, aliquem habere Magistratum, quàm nullum. Hîc non vivimus cum perfectis. Vid. Reinking. Biblische Policey *L. 2. axiom. 115.* ubi ait: Rebellionum propugnatoribus, velut legi-

legitimum nefas, Principum vitam, mores & flagitia carpere, Regnorum quandoque jacturâ. Adeoque quibus ob ſcelera, & pœnæ metum maxima peccandi neceſſitas eſt, aut quibusambiguæ domi res, & ob magnitudinem æris alieni, afflicta in pace fides, domeſticis malis excidium patriæ opponere, & privata vulnera Reipublicæ malis operire, ſuamq; cauſam libertatis larvâ, & boni publici prætextu velare ſolent: Ita nunquam pacem habebunt Regna, nunquam ſecuri Principes eſſe poterunt: ſemper ſimultates, queſtus, indignatio tranquillitatem turbabit. Non eſt Subditorum inferioris conditionis & privatorum, penetrare in Principis geſta, ſed à Deo hoc ſummum judicium ei datum & Subditis obſequii gloria relicta, illisque illicitum eſt, Principis ſenſus exquirere, ut apertè dicebat Senatui & Tiberio Imperatori Marc. Terentius, Eques Romanus, & inquirere, quibus

bus rationibus Superiores & Principes gubernent. Klock. *vol. 1. conſ. 20. n. 187.*

CONCLUSIO X.

Peccat Subditus, qui Magiſtratus ſui mandata, edicta & ordinationes perſtringere & taxare audet.

SUbditorum eſt, non de legibus, ordinationibus & mandatis Magiſtratuum diſputate, aut ea perſtringere, ſed ſecundum ea, qualia fuerint, modo non contra Deum, & impia ſint, honeſtè vivere, & juxta legum normam ac regulam actiones ſuas inſtituere. Non leviter igitur peccant Subditi, ſi, ut non rarò fit, Magiſtratuum mandata & ordinationes reprehendunt, & taxant; id enim factum in contemtum Magiſtratus cedit & autoritatem mandatorum penitus infringit. D. Menger.

Scrut. Consc. c. 8. q. 38. quæ hæc est: Ob Unterthanen ihrer Obrigkeit ausgegangene Mandata und Ordnungen/ Senatus-Consulta und Rathschlüsse/ höniſch und ſchimpfflich gehalten / ſie auszulegen / auszuecken / zu beklügeln und hofmeiſtern / und diß oder das an ſelben ſtraffen / tadeln und reformiren wollen? So gehts offtermalen der lieben Obrigkeit / die meynets herzlich gut / (und ſoll es auch meynen auf ihr Gewiſſen) und wolte gern mit ihrer löblicher / nützlicher Verfaſſung / in einem und dem andern gemeinem Beſtē/ rathen und helffen. Aber da findet ſich unter ihren Bürgern und Unterthanen Meiſter Klügel und Juncker Uberwitz/ die hören das Gras wachſen / und meynen/ ſie woltens viel beſſer treffen/ wenn ſie ſolten Ordnung machen/ darum wiſſen ſie von der Obrigkeit Ordinantien und Satzungen ſo verkleinerlich zu reden / diß und das zu tadeln und unbilligen. Aber lieber Freund / beſinne dich recht / handelſt du nicht hiermit wider

dein

deines eigenen Hertzens Zeugnüß und Gewissen? Kanst du vor recht erkennen / wenn dir als einem Hausvatter deine Kinder und Gesinde / dein Wort / Geheiß und Willen also disputiren / perstringiren und beklügeln wolten? Und die Obrigkeit muß dir auf der Zungen sitzen / und sich also von dir mustern / rechtfertigen und durchziehen lassen. Das wisse kühnlich / du handelst auf solche Maaß wider deine Pflicht und Gewissen / und wirst ein schändlicher Verächter und Ubertretter deß 4. Gebots wider deine ordentliche Obrigkeit. Cum primis autem Magistratuum ordinationes vestiariæ ac sumtuariæ apud profanum vulgus in reprehensionem incurrere solent, quemadmodum superioribus annis in quadam Civitate factum est, ubi Civibus ad tollendum ebriositatis malum, certa Cerevisiæ mensura ad quotidianum potum permittebatur, quam ordinationem Civium non pauci per ebrietatem publicè ride-

ridere audebant, undè paucos post dies ea iterum, non sine ignominiâ Magistratûs abrogata fuit, impunita manente Civium malitiâ.

CONCLUSIO XI.

Peccat Subditus, qui contrariam consuetudinem inducere, & legis autoritatem tollere nititur.

LEges & statuta sunt regulæ secundum quas Cives & Subditi actiones suas instituere & vivere debent. Accidit autem, *malos mores*, ut Plaut. in Trinum. ait, *perducere leges in potestatem suam* Qui verò Subditus contrariam consuetudinem inducere, & eâ legis vigorem infringere audet, is non tantùm contra officium boni Cives peccat, sed etiam contra conscientiam suam; Leges enim, quæ mores & vitam Civium concernunt, Subditos in con-

scien-

scientia obligant. Vid. Jer. Taylor. Tr. Von heiligen Wandel/ *part.* 1. c. 3. ubi ait: So lange als ein jedes Gesetze seine Krafft hat/ und in schwange ist/ sind wir schuldig es zu halten/ (*Rom.* 13.) und sündiget derselbige/ welcher zu wider fremde Gewonheiten ohne Ursach eingeführet. Wann aber die Gewonheit schon überhand genommen/ und in allgemeinen Gebrauch kommen/ ist derselbige/ der das Gesetz nicht hält/ entschuldiget/ weil er vernünfftiglich muthmasset/ daß das Gesetz in dem es anfänglich den Ungehorsam der Ubertretter nicht gestrafft hat/ sondern zugelassen/ daß eine Gewonheit draus erwachsen möchte/ darein werde gleichsam gewilliget haben. Consuetudo enim omnis legis vigorem obtinere dicitur ob tacitum Legislatis consensum

CON-

CONCLUSIO XII.

Peccat Subditus, qui Magistratui suo tributum præstare recusat, aut illud cum murmure & indignatione solvit.

IPse Salvator noster à Judæorum Præsulibus de tributorum, vectigalium, aliorumque jurium Reip. ratione interrogatus, *Reddite, inquit, quæ Cæsaris sunt, Cæsari & quæ Dei sunt, Deo.* *Quem sequitur S. Apostolus Rom. 13. propter hoc, ait, tributa Magistratui solvitis, si quidem ministri Dei sunt, in hoc ipsum incumbentes. Reddite igitur omnibus, quod debetis, Cui tributum, tributum: Cui vectigal, vectigal: Cui timorem, timorem: Cui honorem, honorem.* Debendi verbo Apostolus utitur, & tributa cum timore & honore conjungit, quæ nos non ex

diſpenſatione aliquâ, ſed divino jure, Magiſtratibus reddituris, (quia reddunt inſerviendo, dum pugnant pro patriâ, & agunt judicia) debere nemo negaverit, niſi qui à communi ſenſu fuerit alienus. Luther. Tr. Wie weltliche Obrigkeit regieren ſoll/ *p. 3.* Molina *de J. & J. diſp. de tribut. 6. 4. n. 3.* Gualter. *in Lucam hom. 30.* Theod. Reinking. Bibliſche Policey *lib. 2. c. 109.* Nemo igitur inficias ibit, Principi ac Magiſtratui, tùm propter neceſſitatem, ac æquitatem, tùm laboris, gubernationis, ac defenſionis ratione, cenſus & tributa, vel etiam ex voce divinâ. *Rom. 13. Matth. 22.* meritò deberi. Peccant igitur Subditi, quando à neceſſario tributorum onere ſeſe eximunt, aut cenſum ac tributa non niſi coacti, cum murmure & indignatione perſolvunt. D. Cramer. *in c. 13. Rom.* ubi ait: Schuß einhalten / nicht dreinwilligen / Unterſchleiff in der Contribution gebrauchen / ſind zwar gemeine / aber

aber grosse Sünden. D. Menger. *Scrut. Consc. c. 8. q. 41* Ob Unterthanen ihre Schatzung/ Haus- und Handsteuer in Städten / ihren Ackerzinß/ Lehngeld und Kornpächte auf dem Lande/ mit guten Willen/ ohne Saumnüß/ Argelist/ Betrug / Murren oder Ungedult / richtig und redlich abgeben/ und entrichtet haben? Fatendum sanè est, hoc turbulentissimo tempore, quo ob continua bella Subditi tributorum ac collectarum oneribus ferè ad incitas & mendacitatem rediguntur, eos sæpiùs ex impatientiâ ingemiscere, immò Magistratibus, pro quibus orare deberent, maledicere, quod tamen pietati Christianæ minimè conveniens, nec adprobari potest.

CONCLUSIO XIII.

Peccant Subditi, qui ſub generali confirmationis privilegiorum ſpecie Superiorum jura injuſtè invadunt.

CLamant & crepant ſæpè Subditi antiqua ſua privilegia, eorumq; confirmationes, eaque variis modis extendere, iisque abuti ſolent. Sed hac re peccant contra juratam fidem quâ Magiſtratui obſtricti ſunt. Non ſolùm ambitioſum, ſed & extremè injuſtum id eſſe cenſet Cothmannus *Conſ 47. n. 345 vol. 3. per text. in l. ambitioſa ff de decret. ab Ord. fac. l. 2. C. de decret. Decur. L. 10. l. bona fides depoſ.* Es iſt leider dahin gerathten / inquit Klock. *vol. 3. Conſ. 148. n. 16.* daß die Unterthanen ſo auf begebene Succeſſions-Fälle Confirmation ihrer Privilegien / Herkommens und Gerechtigkeiten erhalten / (quæ confirmatio tamen nihil novi

juris

juris tribuit, *c. 4. extr. de Confirm. util. & inut. & ibi Dd.*) dieſelbe gerne erweitern / und unter ſolchen prætext in ihrer gnädigen Herrſchafften Ober-Herrlich- und Gerechtigkeiten vermeſſentlich die Hand ſchlagen / und inſtar alluvionis, ſenſim, & quaſi ſine ſenſu an ſich ziehen wollen / und was ſie dergeſtalt per clandeſtinos aliosve informes, novitios actus in præjudicium Superiorum erzwacken / mit der Herrſchafften ertheilten generalibus Privilegiorũ confirmationibus gern behaupten / und dieſelbe zu extendiren und auszudehnen / ſich ſtarck bemühen.

CONCLUSIO XIV.

Peccant Subditi, qui Principi, & Magistratui sub prætextu gravaminum, obedientiam, aut debitas præstationes negant.

INsitum à naturâ est hominibus, aversari dominos, atque ægrè pati imperium. Stratæ *de bello Belgic. l. 4.* taleque est ferè Subditorum ingenium, ut non magis lenia imperia, quàm aspera ferre queant: semper conqueruntur, etiamsi clementissimo Magistratu utuntur. Osiand. *in 3. Reg. 12.* Exemplum præbent Israelitæ, qui contra Salomonis, optimi Regis felicissimum Regimen varia gravamina Filio ipsius Roboamo proponebant. Sic Tacito teste, vitio malignitatis humanæ vetera semper in laude, præsentia in fastidio sunt apud Subditos. Quid Statuum

tuum Imperii gravamina, sæpè quidem non injusta, in Germaniâ nostrâ effecerint, tristis experientia docuit. Audiemus de hac re justè conquerentem optimum JCtum, D. Theodorum Reinckingium, *qui in tract.* der Biblischen Policey *L. 2. axiom. 113.* ita scribit: Landesstände und Unterthanen prætendiren und machen zuweilen gravamina, ob sie schon dazu so hoch nicht befugt. Wenn man dabevor vor 30. und mehr Jahren im Römischen Reich / wider den grausamen Erbfeind Christlichen Namens den Türcken / die Reichs- und Türcken-Steuer / und zu solchen Behuff auf gewisse Zeit und Ziel / etliche Römer-Züge erlegt / da ist in summa rerum abundantia, ein solch Wehklagens und querulirens in den Städten / und auf dem Lande / auf gehaltenen Reichs und Landtägen / ja in allen Bier und Weinhäusern / da zwey oder mehr beysammen kommen / gewesen / und vorgegeben worden / daß solche Last

gar zu hart / und das Joch zu schwer/ man müste wenn es mehr käme/ darunter erliegen bleiben/ Haus und Hof verlassen / und so gar sich nicht drein schicken können / daß von dem reichen Friedens-Segen und Uberfluß / ein jeder das Seine / so doch nach proportion deß Vermögens nicht hoch gelauffen/ hergegeben / sondern man hat hin und wieder credit gemacht / und Gelder aufgenommen / die jetzo bey verderbten Zustande und andern oneribus mit grössesten Beschwerungen verzinset und wol gar abgetragen werden müssen. Hilff lieber GOtt / wo ist es bey dieser innerlichen Unruhe nicht hinkommen/ da etliche wenige Lande also gepresset und geplaget worden / daß sie in weniger Zeit weit mehr als vorhin/ das gantze Römische Reich hergeben müssen/ welches denn wol eine gerechte Straffe GOttes ist. Bey weyland Keysers Rudolphi II. Zeitē/ hatte man auf allen Reichs-Versamlungen so viel gravamina vorzubringen/ daß man damit

gantze

gantze Säcke anfüllen können/ auch auf derer eilende Erledigung so sehr und hefftig gedrungen/ daß auch öffters das publicum darüber periclitirt / dem Türcken und andern Feinden dadurch beneficium temporis zu grossen Vortheil in die Hände gewachsen / und viel herzliche rerum gerendarum momenta verabsaumet worden. Auf dem Reichstage zu Regenspurg Anno 1613. könte man von vielen Ständen keine subsidia und Zusteuer / wider den Türcken und sonsten erlangen / sondern waren nur gravamina, gravamina. Ich meyne ja die gravamina seynd dadurch und andere extrema Zusammensetzungen/ Ligen und Uniones (quæ dissolutiones totius Corporis) abgeschaffet/ daß sie tausendmal grösser worden / und das edle teutsche Reich / welches so viel hundert Jahr andern zum Schrecken und Verwunderung floriret/ und gewesen / zu einer jämmerlichen Einöde und fremden Nationen zum Raube und Spott ausgestellet. Hactenus

Reincking. *d. l.* ubi pluribus videri poteſt. Quid Status Bohemiæ ſuperioribus annis per gravamina ſua effecerint contra Regem ſuum, adhuc in recenti omnium eſt memoriâ. Quid hodiè Hungari ob gravamina patiantur, & jam paſſi ſint, cum dolore videmus. Die Leute meynen allezeit die gegenwärtige Bürde ſey die ſchwereſte/ die vorigen und alten Zeiten ſeyn die beſten / denn es haben unſere Vor-Eltern geklagt / wir klagen es/ und werden es unſere poſteri und Nachkommen klagen / daß es je länger je ärger werde / und die Beſchwerden von Tage zu Tage wachſen / ait laudatus Reinckingius *cit. loc.* Peccare autem Subditos, quando propter non juſta vel ſatis levia gravamina, obedientiæ Superioris ſeſe ſubducere præſumunt, aut cenſum ac tributa Magiſtratui præſtare recuſant, cumprimis quando Reip. periculum imminet, dubio caret. S. Apoſtolus *Rom. 13.* alias doctrinas Subditis Chri-

Christianis proposuit, quæ potiores esse debent Statistarum & Aulico-Politicorum disputationibus ac tricis. Reincking. Biblische Policey *L. 2. axiom. 115.* Die Obrigkeit ist Gottes Ordnung / und wer dieselbe schmähet / der schmähet GOtt den HErrn selber in seiner Ordnung / derowegen er es selber nicht pflegt in verborgen und ungestrafft zu lassen. Fromme / getreue / gottsfürchtige / auch insgemein wohlhabende Leute und Unterthanen / reden nicht bald unzimliches von ihrer hohen Obrigkeit; aber Leute / die zur Neuerung und Enderung Lust / oder sonst einen faulen Schincken bey ihrer Obrigkeit in Saltze haben / sich übels bewust / das Recht scheuen / oder aber auch über ihr Vermögen sich angreiffen / herrlich und prächtig gelebt / mehr schuldig worden / als sie zu bezahlen / den angefangenen Pracht und Uppigkeit nicht quittiren / gleichwol aber bey gemeinem feindlichem Zustande / da die liebe Justitz in schwange gehet / Ehre / Treu und

Redlichkeit den Vorzug behält / dazu keine ehrliche Mittel wissen und absehen können / sondern in trüben Wassern zu fischen / ihre einige Hoffnung setzen / und also ihre üppige Dürfftigkeit mit nichts / als mit allgemeinen deß Vatterlandes Verderb- und Unglück / retten / oder sich groß zu machen wissen / die fangen insgemein erst an auf ihre Obrigkeit zu lästern / beschuldigen dieselben bald der Ungerechtigkeit / bald daß die Obrigkeit / oder Landes-Fürst mit einem jeden Landsassen seiner Einbildung nach nicht gnugsam Caresse mache / mit denselben keine gute Räusche trincke / und mit Durchlage beschuldigen / Item / daß man deß Landes Privilegien und Freyheit nicht halte / und daß man einen und den andern darwider beschwere / und die gravamina nicht abschaffe / ꝛc.

CON-

CONCLUSIO XV.

Peccant Subditi, qui absq; causa Principi & Magistratui suo diffidunt.

SUbditi de Magistratu suo semper honestè & optimè sentire debent, nullâque suspicione sinistra ejus personam vel Regimen gravare, ne minuatur fides & deserantur obsequia, quæ semper solida & sincera esse debent, malum verò diffidentiæ tam Principi quàm Subditis pestiferum est, quod maximè cavendum, Princeps loco patris est, & Subditi filiorum loco, ideoque optima quæque de eo speranda. Vid. Menger. *Scrut. Consc. c. 8. q. 47.* ubi ait: Unterthanen fragen ihr Gewissen / ob sie in ihre ordentliche Obrigkeit einiges Mißtrauen gesetzt / derselben Versicherung / Zusage und Versprechung nicht Glauben geben / vertrauen wollen / sondern eines und deß andern von ihnen ohne Fug

und Ursach geargwohnet und gemuthmasset? Solches Mißtrauen / Argwohn und ungleiche Gedancken der Unterthanen von ihren Obern findet sich viel in der Welt / daß Fürsten ihrem Keyser / Landstände ihrem Fürsten nicht trauen / und sich dessen zu ihnen versehen / was sie mit Fürstlichen Worten anbieten; was solcherley Mißtrauen endlich erweckt / und würcket / das hat Teutschland (auch Böhmen und Ungarn) mit unwiederbringlichen Schaden bißher erfahren. Aber es sollen Unterthanen wissen / sie sollen ohne gewissen Beweiß von ihrer Obrigkeit nichts Böses vermuthen und wehnen / sondern das Beste aus treuen Hertzen ohne Falsch und Argelist zudencken und zutrauen / daß sie hierunter betrogen / so seynd sie in ihrem Gewissen entschuldiget / und wirds GOtt der untreuen Obrigkeit nicht schencken. Vid. Luther. *tom. 5. Jehn. p.* 496.

CON-

CONCLUSIO XVI.

Peccat Subditus, qui consilia & machinationes contra Magistratum vel Rempublicam celat eaq; non aperit.

REipublicæ maximè interest, mala consilia & clandestinas machinationes, quæ contra Rempublicam vel personam Principis aut Magistratus fiunt, ab omnibus detegi, ut tempestivè remedium quæri & futuro periculo obviari possit. Maximè congruit bono Civi, talia minimè celare, sed cum discrimine etiam vitæ aut bonorum, ob pietatem erga patriam fideliter aperire. Si verò Subditus aut Civis hoc pietatis officium neglexerit, graviter eum in Deum & Magistratum & civitatem peccare, gravemque pœnam mereri dicimus. Reincking. Biblische Policey *L. 2. axiom. 121.* ubi scribit: Alle Unthä-

thanen sind/ vermöge ihrer Huldigungs-Pflichten / gehalten / ihrer Herrschafften / deß Landes und gemeinen Nutzes Frommen zu fördern / und Arges zu wenden/ und dahero schuldig/ alle/ denselben widerstehende / und das gemeine Wesen betrübende Händel und Uberfahrunge / sonderlich/ da etwas der hohen Obrigkeit und gemeinen Wolfarth zuwider obhanden / gebührlich / zu fernerer Inquisition anzumelden / und können dessen von niemanden in Unguten verdacht werden. Dieses ist auch den Rechten gemeß / daß die Unterthanen/ sonderlich Beamten / Diener und die Wirthe solche Dinge nicht verhelen / sondern der Obrigkeit anzeigen / und da sie es unterlassen / darum arbitraria judicis pœnâ zu bestraffen seyn.

Pistor. illust. quæst.

61.

CON-

CONCLUSIO XVII.

Peccat Subditus, qui Principem ac Dominum ſuum pro defenſione Patriæ ſequi detrectat.

NOtiſſimi juris eſt, Principem, ac Magiſtratum ſuperiorem poſſe eô caſu, quando metuitur, ne provincia ab hoſtibus invadatur, Subditis præcipere, ut congregentur, & ad defenſionem patriæ ipſum ſequantur, *per text. in c. igitur XXIII. q. 8.* Klock. *vol. 1. conſil. 20. n. 102.* ubi plures allegat. Quod jus dicitur, ſequela, Folge / und Reyß. *Sixtin. de Regal. L. 2. c. 1. n. 28.* quæ inter præcipuas Superioritatis ſpecies refertur. Add. Chuffan. *in conſuet. Burg. rubr. 1. §. 4. n. 17.* ubi ait: quòd omnes Subditi, apti ad pugnam, & cuſtodiam, à Domino vocati, ſi is invaditur, & ſit timor ſubitaneus, & im-

improvisus, teneantur favore Reipublicæ. Graviter igitur peccat Subditus, si tempore publicæ necessitatis jussus militiam detrectat; Deo enim ac Magistratui resistit, & per inobedientiam indignum se reddidit societate civili, cujus membrum est, & cujus beneficio pace & securitate fruitur. Quid verò si Subditus dubitet, an Magistratus justam belli causam habeat? Resp. in dubio obediendum esse Superiori præcipienti, & in ejus favorem præsumendum esse; satis est, si Subditi sciant, Principi bellum indicenti belli causam non esse injustam. Dicastill. *de J. & J. L. 2. tr. 1. D. 10. dub. 16. §. 6.* ubi ait: Si Subditi pro utraque parte habent rationes probabiles, ac per consequens dubium habent positivum, possunt se conformare rationibus Superioris: & licet subditus miles non sciat rationes de injustitiâ belli solvere, satius tamen erit, Principi suo parere, & bonâ fide arma capessere.

Add.

Add. D. Struv. *Synt. jur. feud. c. 11. §. 7.* qui plures laudat.

CONCLUSIO. XVIII.

Peccant Subditi, qui Principem & Magistratum ab hostibus captum, cùm possint, è captivitate non redimunt.

QUod pater est filiis, id Princeps est Subditis. Filii naturali jure parentibus benefacere, eisque pietatis officia exhibere tenentur. Cives ac Subditi Principibus suis, velut Patriæ patribus, ad eadem pietatis officia adstricti sunt. Filii parentes suos in captivitate detentos ex pietate & obligatione legis Romanæ redimere tenentur, nisi in pœnam ingratitudinis incurrere velint. Novell. Justin. *115. c. 3. § 13.* Subditi Principem, vel Magistratum ab hostibus captum, sub eadem obligatione redimere tenentur. Quin major & fortior

tior obligatio erga Principem, & Rempubl. quàm erga parentes. Illa publica, hæc privata. Vid. Cicero *lib. de officiis*, ubi ait: quòd partem noſtri ſibi vindicet patria, partem parentes, partem amici. Add. Valer. Max. *rerum Memorab. cap. de pietate erga patriam.* Indè conſequitur, ſi Subditi Principem captivum liberare nolint, cùm poſſint, eos contra pietatem, quam patriæ & Principi vel Magiſtratui debent, peccare, & turpi ingratitudinis maculâ ſeſe contaminare.

CONCLUSIO XIX.

Peccat Civis, vel Subditus, qui in patefactione bonorum ſuorum cenſendorum fraudem committit.

SUbditi non ſolùm pro bonis immobilibus, ſed & pro mobilibus collationem agnoſcere tenentur, *per*

per text. in l. formâ 4. §. in servis, de censib. l. fin. (*de immun. nem. conc.*) In tantum, ut ad jussum Magistratûs etiam mediante juramento bona sua mobilia, v.g. pecunias, reditus annuos, &c. patefacere, & in censum referre teneantur. *l. 11. C. quando & quibus quarta pars.* Florez Diaz. *de Mena. quæst 21. n. 58.* quem morem in Hollandiâ, & quibusdam imperialibus Germaniæ Civitatibus hodiè receptum, ut scil. in censendis bonis mobilibus cujusvis Civis conscientia jurejurando obstringatur, probat Boterus *lib. 7. de illust. Statu & Polit. c. 7.* quem refert Klock. *de Contrib. cap. 11. n. 61.* Quamvis enim nonnullorum civium perjuria sint metuenda, adeoque cavenda, nihilominus ob salutem publicam exactio juramenti injusta dici non potest. Peccant sanè gravissimè Subditi, si in patefactione facultatum suarum dolum committant, scienter partem aliquam bonorum celantes.

Vid.

Vid. Menger. *in Horeologia cap. 5. & 10.*

CONCLUSIO XX.

Peccat Subditus, qui patriam ſuam hoſtibus prodit.

PRoditio occultum & inſidioſum malum, quod tantum incommodi ac mali Reip. adfert, quantum ſalutis, bona fides. Val. Max. *lib. 9 c. 6.* uno nempè momento prodit diu magna induſtria ſervatam Rempublicam. In horrendum hoc ſcelus propendent homines leves, qui ex ancipiti temporum mutatione propendent, & avari, qui conſcientiæ, fidei, famæ omnibusque rebus commodum ſuum anteferunt. Tales Catilinæ, proh dolor! hodiè in nonnullis Principum ac Magnatum Germaniæ aulis reperiuntur, qui auro Gallico corrupti, & occœcati, peſtilentiſſimis ſuis Conſiliis, Patriam hoſtibus prodere, eamque perdere

non verentur, quemadmodum tristia superioribusannis exempla non pauca vidimus. Hoc autem hominum genus meritò maximè exosum, in quod atrocissimæ pœnæ legibusconstitutæ. Nulla, ait Cicero *4. in Catil.* esse potest in tanti sceleris immanis pœnâ crudelitas, idque non tàm ulciscendi causâ, quàm ut in præsens sceleratos Cives timore ab impugnandâ patriâ deterreas, & imposterum documentum statuas, ne quis talem amentiam velit imitari. Idem ad Brut. *epist. 25.* Hic exclamare licet:

Auri sacra fames, quid non mortalia pectora cogis?

CONCLUSIO. XXI.

Peccat Subditus, qui vitæ Principis aut Magistratûs insidiatur.

MOliri quid contra Principem & Magistratum, est contra ipsam naturam, quia Princeps omnium pater est & Pastor. Nullus autem Grex, inquit Xenophon *in Pædiâ Cyri lib. 1.* offendit pastorem, excepto homine, qui Principem suum sæpè impetit. Decian. *Tract. Crim. lib. 7. c. 37 n 9.* Cùmque in salute Principis & Magistratûs, Reip. tranquillitas requiescat, in morte autem & perturbatione Principis, Reip. status periclitetur, absque dubio, Subditus gravissimè delinquit, qui contra personam Magistratûs quid molitur, ejusque vitæ insidias struit. Talis Subditus parricida est, & proditor patriæ, Deum offendit, cujus vicem Magistratus tenet, & patriam lædit. Et tàm grave

est

est hoc delictum, ut etiam in eo affectus & conatus puniatur, licet non sequatur effectus. Vid. *l. quisquis C. ad L. Jul. Maj. ibiq; Dd.* Extrema enim impietas est, saltim cogitare, & conari, quo modo quis in propriâ quasi viscera sævire, seque & patriam in discrimen & perditionem præcipitare posset. Quæ singularia in hoc crimine propter publicam utilitatem recepta sint, videantur apud Criminalistas.

CONCLUSIO. XXII.

Peccat Subditus, qui inferiores Magistratus contemnit, iisq; parere detrectat.

SUbditorum nonnulli Principes quidem, ac Magistratus superiores reverenter habent, eosque timent, qui verò ab eis Magistratus inferiores in oppidis, villis, vel pa-

gis conſtituti ſunt, eos contemnere, vel quod tantâ auctoritate ac poteſtate, quâ majores Magiſtratus pollent, careant, vel quòd eis ſimpliciores minusque officio digni videantur. Sic Senatores oppidani, die Bürgermeiſter und Räthe in kleinen Städten / ex plebe Civium electi, ſæpè contemtui habentur à Civibus ſuis. Sciant autem Subditi ac Cives hunc contemtum Magiſtratûs inferioris non leve peccatum eſſe S. Apoſtolus ait: *Subjecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſive Regi, quaſi præcellenti, ſive Ducibus, ſeu Præfectis, tanquam ab eo miſſis 1. Pet. 2.* Non enim verè obediunt, qui ſupremo quidem Magiſtratui parere ſe velle dicunt, interim verò inferioribus obtemperare recuſant. Oſiand. *in h. l.* Non nemo Civium aliquando dixit, wenn meine Herren und Obere nur einen Strohwiſch fürſtelleten / ſolchen zu reſpectiren / ſo wolte ich ſolches zu thun / mich

mich nicht weigern. Supremus Magistratus non potest carere administris in gubernatione Reip. ideoque ipsa necessitas publicâ exigit, inferiores Magistratus constitui, eisque reverentiam & obsequium à Subditis debitè præstari.

CONCLUSIO XXIII.

Peccat Subditus, qui se ministris Magistratûs vel Justitiæ executoribus verbis, vel facto opponit.

AUdent nonnunquam protervi homines ministris publicis, e.g. apparitoribus, custodibus, vigilibus, nunciis jussa Magistratûs executioni mandantibus, sese opponere, contumeliosis verbis eos lacessere, aut manus violentas eis inferre. Quod scandalosum inobedientiæ peccatum meritò gravi pœnâ coercetur. Qui

enim ministro publico resistit, Magistratui ipsi, à cujus potestate & nutu ille dependet, resistit. Vid. Menger. *Scrut. Consc. c. 8. q. 39.* Unterthanen fragen sich / ob sie der Obrigkeit Frohnboten / Vögte und Gerichts-Diener / in Ansag und Verkündigung der Herren Befehl und Verordnung angefahren / mit Worten oder Wercken aus Ungedult / und bösen Muth sie beleidiget / gehönet / und sich an ihnen vergriffen? Was können solche Amts-Diener / und Gerichts-Boten dazu? sie seyn darum da / daß sie der Herren und Obrigkeit Befehl und Meynung den Unterthanen in Städten und Dörffern ansagen / und auferlegen sollen. Ey du nun deßwegen auf sie unwillig und schellig wirst / schelmest und diebest sie / fluchest und wünschest ihnen / entweder in ihrem Anhören oder Abwesen / so vergreiffest du dich damit auch an der Obrigkeit selbsten / und wirst deß Lasters deß Ungehorsams und Verachtung deiner Obern schuldig wider

das

das 4. Gebot/denn was ihren Dienern darinnen wiederfähret / das gehet sie selbsten an/nach Göttlichen und menschlichen Rechten. Syrach sagt nicht allein von Hausknechten Cap. 33. hast du einen Knecht: sondern es ist auch von Land- und Stadtknechten / das ist/ von der Obrigkeit Dienern zu verstehen.

CONCLUSIO XXIV.

Peccant Subditi, qui conventicula, aut Collegia privata absq; præscitu & autoritate Magistratûs ineunt.

PUblicè interest, ne Subditi inconsulto Magistratu conventicula privata habeant, aut Collegia ac societates ineant. Verbotene Zusammen-Kunffte zu halten; ex hisce enim, teste experientiâ, facilè turbæ, ac seditiones nasci possunt. Un-

dè Romanis legibus cavetur, ne Collegia privata instituantur absque autoritate Magistratûs *l. 1. l. 3. §. 1. de colleg. & Corpor. l. Conventicula C. de Episc. & Cler.* Et Magistratus prudenter fecerit, si non permiserit à Subditis aut Civibus ullum collegium institui, cui ipse non præsit autoritate, per personam aliquam, à se ipso delegatam. Peccant igitur Subditi, qui ob quamcunque causam absque autoritate Superioris coire, conventicula privata instituere, & turbarum occasionem, aut inobedientiæ suspicionem præbere audent. De conventiculis Religionis causa prohibitis *in l. 15. C. de Episc. & Cler.* ita dispositum est: Conventicula illicita, etiam extra Ecclesiam in privatis ædibus celebrari prohibemus, proscriptionis domus periculo imminente, si Dominus in eâ Clericos nova ac tumultuosa conventicula extra Ecclesiam celebrantes susceperit.

CON-

CONCLUSIO XXV.

Peccat Subditus, qui ob vim & injustitiam, quam à Magistratu, vel judice patitur, in eum contumeliosa verba ex impatientiâ evomit.

CHristiani Christi, Magistri sui exemplo & doctrinâ ad patientiam invitantur, ac docentur, non malum pro malo, aut contumeliam pro contumeliâ reddere, sed vindictam Deo permittere. *1. Pet. 2.* Peccat igitur Subditus, si ob vim & injuriam, quam à judice, vel Magistratu patitur, ei maledicit. Christiani enim debent esse imitatores Christi. Christi autem nomen induere, & non per Christi viam pergere, quid aliud, quàm prævaricatio est divini nominis, quàm desertio itineris Salvatoris, cùm & ipse do-

ceat, & dicat, eum ad vitam venire, qui mandatum ſervaverit, & eum eſſe ſapientem, qui verba ejus audierit & fecerit. S. Cyprian. *ſerm. de invid. & livor.* Chriſtiani, *ait S. Bernhardus, in ſententiis,* à Chriſto nomen accepêre, & operæ pretium eſt, ut ſicut ſunt heredes nominis, ita ſint imitatores Sanctitatis. Vid. *Anal. noſtra ſacra l. 3. c. 42.* Menger. *Scrutin. Conſc. c. 8. 4. 36.* ubi ait: Unterthanen fragen ſich / ob ſie wegen deß / daß ſie bey ihrer gerechten Sache / oder kundbarer Unſchuld gedruckt / gefähret / und an ihren Rechten gehindert / und gehemmet / oder in andere Wege für Gerichte nicht gehöret und geachtet worden / auf ihre Obrigkeit und Regenten ungedultig worden / dieſelbe geſcholten und geſchmähet / gelästert und geſchändet haben? Alſo gehts leider in der Welt / kömmt einer vor dem Rath / Schultzen / Schöſſer / ꝛc. und wird (wie es denn bey manchen Regiments-Perſonen oftmals faſt ungleich

gleich und seltzam zugehet) daselbst mit gerechter Sache abgewiesen/ gehindert und gefähret/ so erhebt sich denn flugs fluchen und schmähen; Ey der ꝛc. daß ihn dieser und jener ꝛc. da muß der Regent und Oberherr sich wol leiden/ und ausmachen lassen. Aber das ist auch eine Versündigung am 4 Gebot; Und wie in andern Sachen Christenleute auf ihr Gewissen allerley Leid und Unbilligkeit zu vertragen schuldig sind/ also auch in specie Unterthanen/ so sie von ihren Oberherrn in solchen und andern Fällen/ wider Recht und Gebühr lædirt werden/ und solten vielmehr solche Leute als Christen sich dahin reserviren/ wo und wenn sie ja nicht könten bey der Obrigkeit/ und in dieser Welt gehöret werden/ daß ihnen kein Recht auf Erden wiederfahren möchte/ daß sie sich hingegen/ und unterdeß/ wie Christen gebühret/ mit Gedult schmieren/ und deß gerechten und besten Richters getrösten wollen/ der alle

Dinge wird für Gerichte bringen. *Eccles. 12.*

CONCLUSIO XXVI.

Peccat Subditus, vel Civis, qui munera civilia, ad quæ lege & statuto tenetur, subire detrectat.

NOn licet Subdito, quod patriæ debetur, declinare. *C. si quis Decurio. sc. C. de Decur.* cui primum & præcipuum naturali jure præstandum officiũ *l. veluti 2. de J. & J.* eamque vitans impius est. *l. un. C. Si Curial. relict. civit.* Peccat igitur Subditus, quando in fraudem Civilium munerum, fugit; deteriorem enim causam Reip. cujus muneribus obnoxius est, Civis facere non potest. *l. cura 4. §. fin. de mun. & honor.* Peccat etiam Subditus, si sine Consensu Magistratûs alienæ militiæ nomen dat, cùm defensio necessaria

Civi-

Civitatis ejus operam militarem exigat, pro eâ spiritum & sanguinem vilipendere oportet. Idem de munere excubiarum dicendum, quod Cives nonnunquam detrectare audent. Fugâ elapsi Cives jure Romano bonorum, quæ in civitate reliquêre, privatione, justè puniuntur. Vid. *l. per C. de resc. vendit.*

CONCLUSIO XXVII.

Peccat Subditus, qui ob commissum delictum justam pœnam pati detrectat.

NAtura ipsa dictat, justum esse, ut, qui malè fecit, malum ferat. Plato dixit: ἐκεῖνο οὐδεὶς οὔτε θεῶν, οὔτ' ἀνανθρώπιον βλμᾷ λέγειν, ὡς οὐ τῶ γὲ ἀδικοῦντι δοτέον δίκην: nec Deorum nec hominum quisquis hoc dixerit, injustè agenti non luendam pœnam. Hinc vulgò dicitur: pœnam deberi

ei, qui deliquit; ſcilicet qui delinquit, ſuâ voluntate ſe videtur obligâſſe pœnæ, quia crimen grave non poteſt non eſſe punibile, ita, ut qui directè vult peccare, per conſequentiam & pœnam mereri voluerit. Quo ſenſu Impp. cuidam ajunt, *ipſe te huic pœnæ ſubdidiſti l. Imperatores de jure fiſci.* Grot. *de Jur. bell. & pac. l. 2. c. 20. §. 2.* Et Germani dicunt: Er hat es nicht anders haben wollen. Peccat igitur Subditus, qui propter delictum meritæ pœnæ ſeſe ſubjicere nolit. Juſtitia Deum comitatur, ait Plutarch. *lib. de exilio.* Ultrix in eos, qui adverſus legem divinam delinquunt: quâ omnes homines natura utimur adverſus omnes homines, ut Cives. Menger. *Scrut. Conſc. c. 8. q 31.* ubi ſcribit: Unterthanen fragen ſich / ob ſie mit Unwillen und Verdruß ſich ihrer Obrigkeit Urtheil und Straffe untergeben? Da wird ſelten jemand ſeyn unter Adel/ und Unadel / der ſich am freyen und willi-

willigen Gemüth solte seiner ordentlichen Obrigkeit rechtmässiger dictirter Straffe in Civil, oder Criminal-Sachen unterwerffen wollen. Es gehet die parition und subjectio debita in diesem passu sonderlich bey dem Lieben / jederman schwer ein. Solche Unart aber ist wider Gottes Gesetz / und daher auch sonderlich im Gewissen / zu rügen / und GOtt um Vergebung zu bitten. Et fons idem est contumaciæ hominum, ideò gravatim obtemperant homines in pœnis, quia non intuentur mandatum Dei, quod pariter præcipit Magistratui & sonti. Philipp. Melanch. *in loc. Theol. p. 183.* Add. Taylor. *Tr.* vom heiligen Wandel / *p. 1. c. 3. §. 6.* ubi ait: Wenn du es verdienet hast / so untergib dich willig der Zucht und Straffe deß Gesetzes / suche aber nicht durch Halsstarrigkeit und andere unrechtmässige Mittel das Urthel zu haben / oder zu hintertreiben / sondern gehe ihm entgegen / ꝛc.

CONCLUSIO XXVIII.

Peccat Subditus, qui tempore ſummæ neceſſitatis publicæ frumento, aut pecuniâ Reip. non ſuccurrit.

EX voto ſingulorum, ſalute omnium, rationis rectæ dictatis collecta gentium communis lex, quòd omnia cedant, & poſthabeantur patriæ commodis, nihilque non potius amitti debeat, quàm illa detrimentum pati, aut in diſcrimen adduci. Mev. *diſc. Lev. inop. deb. c. 2. n. 28.* Cicero *L. 2. de LL.* Respublica, inquit, nomen univerſæ Civitatis eſt, pro qua mori, & cui nos totos dare, & in quâ omnia noſtra ponere, & quaſi conſecrare debemus. Ex hac ſumma erga Remp. obligatione, ſummum jus illi acceſſit in omnia noſtra, ut nec vita, nec liber-

libertas mortalium pretiosissima excepta sint. Illud jus, quod supereminens dicitur, tribuit etiam potestatem in bona Civium, ut ubi Reip. causa necesse est, nihil in ea fiat injustè. Ex quo principio rectè adstruitur, urgente fame, licere Magistratui annonam habentibus Subditis adimere, & egentibus distribuere. Mev. *d. c. n. 39.* Ob inopiam & miseriam Civitatis omnes privatorum pecunias in usum publicum vertendas esse, ait L. Valerius, Tribunus plebis apud Livium. *lib. 34.* Sic Subditi in casu urgentis necessitatis Reip. rectè compelluntur ad vendendum res suas. *l. Venditor. §. si constat. si servit. vind.* & quidem pro viliore pretio. *l. si pendentes §. si quid.* de usufr. Petr. Gerard. *in singal. suo 100.* Reyger. *thesaur. Pract. v. Subditus.* Non leviter igitur peccat Subditus, quando frumento vel pecuniis necessitati Reip. succurrere detrectat; pietati enim erga patriam,

& of

& officio boni Civis, prorſus adverſum eſt, nolle negligere propria præ commodis patriæ, cùm ejus ſalus, velut lex ſumma, & communis, cætera Civium jura ſuperet, & poſt ſe relinquat. Nulla querela juſta eſt de damnis, quibus patriæ neceſſitatibus proficitur. Cic. *lib. 1. de orat.* quoniam ſunt omnia commoda à patriâ accepta, nullum incommodum pro patriâ grave putandum eſt. Hoc ſapiens gentilis dixit, qui multos Chriſtianos rubore ſuffundit, longè ſecus ſentientes & agentes.

CONCLUSIO XXIX.

Peccat Subditus dives, qui tempore inevitabilis neceſſitatis publicæ pecuniam Reip. mutuum dare recuſat.

SUbditi omnia ſua Reip. quoties opus habet, debent. Gail. 2. *obſ.*

obs. 56. n. 1. & 2. ubi Dd. communi calculo id comprobatum ait. Quando igitur necessitates Reip. pacis aut belli tempore v. g. ad exercitum, aut alendos præsidiarios, ad defensionem Civitatis, pecunias exigunt, nec ærarii vires sufficiunt, aliaque pecuniæ consequendæ ratio suppetat, tunc subditi ac cives ditiores ad mutuandum cogi possunt. Bald. *in l. 1. C. de oper. libert.* Vasquius. *illust. controv. 6. n. 7. part. 1.* Et si Subditus pecuniam mutuam dare recuset, contra pietatem Christianam, ac officium boni Civis peccat. Chari sunt liberi, inquit Cicero *l. 1. de officiis*, Chari propinqui, familiares, sed omnium Charitates patria una complexa est, pro quâ quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus? Si vitam nostram Reip. debemus, quantò magis pecuniam? Id tamen tenendum, quòd Civis, vel Subditus, qui invitus pecuniam mutuare Reip. coactus est, usuras recipere

pere debeat. Vasq. *d. contrav. 6. n. 8.* & quidem ex ordinariis compendiis, aut ex Reip. bonis, aut Civium contributione, juxta *l. 1. ad leg.* Rhod. *de jactu* ibi: Omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus datum est: & *in l. 2. d. t.* dicitur: æquissimum esse commune detrimentum fieri eorum, qui propter amissas aliorum res consecuti sunt, ut suas salvas habeant.

CONCLUSIO XXX.

Peccat Subditus, qui contra Magistratûs mandatum venationem exercet.

QUanquam jure naturæ, gentium ac Romano cuivis liberum sit, animalia fera venari, libertas tamen illa muribus ac statutis civilibus hodiè vel restricta, vel penitus sublata est. Quanquam enim lex Civi-

Civilis nihil potest præcipere, quod jus naturæ prohibet, aut prohibere, quod præcipit, potest tamen libertatem naturalem circumscribere & vetare, quod naturaliter in statu hominum primævo licebat, atq; etiam ipsum dominium naturaliter v. g. occupatione ferarum, adquirendum sua vi antevertere. Grot. *de jure belli & pac. L. 2. c. 2. §. 5.* Cùm igitur hodiè ex consuetudine Germaniæ venationes Regalibus Principum accensentur, ac privatis hominibus prohibitæ sint, extra omne dubium est, peccare subditos in quartum & septimum Decalogi præceptum, si feras clàm vel palàm venari audeant, eosque ut fures, puniri posse. Tàm enim, inquit Osiander *in Hiob c. 24.* coram Deo furtum est, si Subditus contra edictum sui Magistratus cervum configat, & in suos privatos usus convertat, quàm si proximi sui bovem clàm abductum mactaret, & cum familiâ sua domi absu-

abſumeret aut venderet. Add. D. Mengering. *Scrut. Conſc. c. 11. q. 113.* ubi ait: Unterthanen fragen / ob ſie in ihrer Herren Gehege und Wildbahn / und andern Orten da ſie es nicht befugt / oder berechtiget geweſen / Wild geſchoſſen / Hirſche oder Schweine / Haſen oder anders gefället und an ſich bracht? Solche Haſen-Diebe und Wild-Schützen findet man hin und wieder in der Welt / und achtens manche für ein Kunſtſtücke / und häuslicher Nahrung rühmliches Mittel / wenn ſie in ihrer Herren / oder auch begrentzender Edelleute Gebiete oder Büſchen etwas erſchnappen und ertappen können / aber die ſollen wiſſen / daß ſolches ſo wol ein Diebſtal / Gewiſſen letzend Werck / und Unthat ſey / als wenn ſie ſonſt ſtehlen oder rauben thäten / und iſt gleich ſo viel / du geheſt einem benachbarten von Adel in ſein Gehöltz / und Wildbahn / ſcheuſt und mauſeſt daſelbſt Haſen oder andere Wildpret / als wenn du in ſeinen Meyerhof gehen / und das

zah-

zahme Viehe abholen und stehlen wolleſt. Ob daß nun gleich viel Leute nicht bedencken / und dieſe ſpeciem furti ihrem Gewiſſen fürhalten / ſo iſts und bleibts doch Sünde / und unrecht für GOttes Augen.

CONCLUSIO XXXI.

Peccat Subditus, qui Magiſtratum in vectigalium commodo defraudat.

VEctigal aliquod mercibus imponi poſſe, ſi modus cauſæ non excedatur, extra dubium eſt, & quidem aut ad præſtandam ſecuritatem mercibus, aut ob onera alia, quæ Magiſtratus ſuſtinere cogitur. Grot. *de Jur. Bell. & Pac. Lib 2. c. 2. § 14.* Reddite, inquit Apoſtolus, vectigal, cui vectigal debetur. Inde pendet juſtitia, ut tributi, ita & vectigalis. Peccat igitut Subditus, qui Magiſtratum

tum debito vectigali defraudat. D. Menger. *Scrut. Consc. cap. 11. q. 141.* Kauff- und Fuhrleute fragen sich; ob sie Zoll und Glaid umfahren/ oder Gut und Waaren/ so zu verzollen gewesen/ verhälet/ geläugnet/ falsch angesagt und unterschlagen? Das geschicht oftmals auch in der Welt/ und haben nicht allein Reichs- und Land-Rechte auf solche Freveler und Ubertretter/ Verlust und Verfällung/ Haabe und Guts/ billig gesetzt/ sondern sie versündigen sich auch damit an ihrem Gewissen/ und dem 7. Gebot/ und seyn vor GOtt nichts anders als Diebe/ die der Obrigkeit ihre ordentliche Fälle/ Zoll und intraden an der mercantz entziehen/ verrücken und geringern helffen.

CON-

CONCLUSIO XXXII.

Peccat Subditus, qui Magistratui impia & injusta præcipienti obtemperat.

CUm Principes Sacerdotum Judæorum minacibus verbis Apostolis interdicerent, ne nomen Jesu in populo prædicarent; respondebat S. Petrus: *Obedire oportet, Deo magis, quàm hominibus. Act. 5.* quando enim Magistratûs aut superiorum quorumcunque mandata pugnant cum præcepto Dei, satius est, ut homines potius quàm Deum offendamus, quia jus Superioris (Dei) semper excipitur. Osiand. *in paraphr. h. l.* sic obstetrices Ægypti crudelitati Pharaonis Tyranni in occidendis puerulis Hebræis, parere nolebant. *Exod. 1.* Nec Danielis socii in adoranda Nabuchodonosoris Regis aureâ statuâ. *Dan. 3.* magis enim me-

metuendus ille, qui corpus & animam Gehennæ incendio perdere potest, quàm homines, qui corpus tantùm occidunt. *Matth 10.* Tuis, ajunt Christiani milites ad Maximianum Imperatorem, obtemperaremus præceptis, nisi instituti legibus Christianis, Dæmonum cultus & aras sempiter pollutas sanguine vitaremus: habebis potestati tuæ subdita omnium corpora, autorem verò suum recipientes Christum animas non tenebis. Cyrillus *in locum Johannis, de gladio Petri.*

(O)

Appen-

Appendix.

Der Christliche Unterthan.

DEr ist mit Furcht und Zittern unterthan denen/die Oberhand über ihn haben / und bedenckt wol / wer die Weltliche Gewalt geordnet habe. Er hält sich gegen die Obrigkeit in Liebe und Gehorsam wie ein Sohn gegen seinen Vatter. Er hütet sich auch in seinen Gedancken dem König zu fluchen / oder den Obristen und Amtleuten seines Volcks / wenn sie gleich durch Gewalt / pressuren und Unrecht Ursach dazu geben zu schelten. Er unterwirfft sich nicht nur von wegen der Straffe/ sondern auch um Gewissen halber/ einer jeden Obrigkeit / die von GOtt geordnet ist / ja einer jeden menschlichen Ordnung von GOttes wegen. Vor die liebe Obrigkeit und

dessen Regiment betet er hertzlich und fleissig / daß sie GOtt mit Krafft aus der Höhe seiner Kirchen zu Trost und Hülffe ausrichten möge. Die Regiments Fehler und andere Excelse der Obrigkeit und deren Diener verträgt er mit sanfftmütigen Geist / schmähet und schändet dieselbe nicht / und gedencket / daß um deß Landes Sünde willen / viel und mancherley Fürsten kommen / darum erkennet er hierunter GOttes Zorn und Straffe / und bittet in Demuth / daß GOtt ihnen ein vätterlich Hertz gegen ihre Unterthanen verleyhen und zu allen Guten lencken und führen wolle. Allen aufrührischen Rath und Anschläge wider die Obrigkeit / hindert er wo und wie er weiß und kan. Lässet sich keiner Gewalt / Drohworte oder Verheissunge von seiner rechtmässigen Obrigkeit trennen oder abwendig machen; sondern gedencket je und allezeit an die schwere Eydes-Pflicht und gehuldigte Treu / die er vor GOttes Angesicht der Obrigkeit gelobet und geschwo-

schworen hat. Bey derselben beha
ret er standhafft und fest / solte er glei
Leib und Leben / Haab / Ehr und Gu
darüber verlieren. Er ist ein treue
Zahler seiner Schuldigkeit / gibt wil
liglich und ohne Murmeln Zoll / den
Zoll gebühret / Schoß / dem Schoß ge
bühret / Ehre / dem Ehre gebühret / und
weiß seine Dienst und Aufwartunge
nach aller Billigkeit mit GOtt
und dem Kaiser zu thei=
len.

Precatio Subditi.

DOmine, qui mortale genus certis legibus devinxisti, ut non minùs in pila terræ, quàm in tegmine cœlesti reluceat sapientia tua, constringe corpus hujus imperii nexibus firmis. Illud solida veris fundamentis, ne interiùs laxetur, ne qua labascat, ne qua patet at vi externæ. Ejus capiti adde dignitatem & majestatem: Imprimis animum & facultatem regnandi è præscripto voluntatis tuæ: Nobis qui regnamur, præstandi ei studia, obsequium, fidem. Ut parvitas cujusq; nostrûm ejus magnitudine protegatur; & sub optimo Principe optimus sit hujus Reipublicæ status. Ei tàm excellens potentia constet, per unitatem animo-

nimorum noſtrorum. Hanc pro ſe quisq; , quantum niti poteſt promoveat conſilio, re, opera, votis. Cujus uniusSpiritu univerſi vivimus, affla ei tuum. Nobis item adſpira auram tuæ bonitatis, ut de ejus ſalute, fama, dignitate usq; ſoliciti ſimus. Ad has propugnandas nihil rei, labori nihil, nihil vitæ parcamus. Hanc noſtræ conditioni, tàm convenientem virtutem nullo neq; tempore, neq; loco, nulla occaſione à nobis deſiderari patiamur. Ipſi de ejus virtute & magnitudine ſemper honeſtè ſentiamus. Hæc ſit nobis mens caſta, nulla ſuſpicione imminuta, nulla curioſitate violata, non alio animo inquirens in mores ejus, quem tu feciſti ſummum tot hominum quam ut optimos imitemur, eiq; hac ſimilitudine probatiores

simus & chariores. Nihil aliud nostri judicii, nihil ultra nostræ censuræ faciamus; ne hinc minuatur fides, hinc deterantur obsequia. Quin quod Tu ei summũ nostri judiciũ dedisti, nos ei quieti permittamus ac taciti. In hoc Tibi & ipsi simus adprimè obsequentes, at q3 ostendamus, ut Tu illi dedisti scientiam imperandi, sic nobis abs Te inditam volentiam parendi unicè q3; venerandi eum, qui abs Te nobis est impositus. Proinde quos vocavit, ad regimen rerum, quibus q3 magistratus dedit, his quoq3 libenter obtemperemus. Nunquam ascendamus supra curas ejus. Has nunquam oneremus; potius quæ re maximè possumus, levemus. Ad ejus conspectum non nisi reverenter adeamus, at q3 adeò gressu pavitante & indice singularis venerationo-

rationis & modeſtiæ: quoniam magna eſt gloria ejus in ſalutari Tuo. Nunquam ei ſimus moleſti multitudine verborum. Ne item ei blandiloqui ſuppalpemus, ſed eum oratione ſubmiſſa & placida colamus. Nihil niſi licitum præſumamus aut petamus. Tributa, vectigalia, exactiones operum & pecuniarum, cætera publicorum onerum alacres feramus. Nihil quicquam neceſſarium culpâ noſtrâ detrahatur moderatori noſtro. Nulla cogitatio contumax, nulla ferox oratio, ſciat abnuere quicquid tali Principi viſum fuerit. Ut cum is, nimirum nihil noſtrum aſpiciet, quod non idem ſit ſuum, noſtris bonis parcat ut ſuis, neq; nos dominio regat, ſed judicio, neq; tàm imperio quàm autoritate. Adeò, ut liberos protegere dicatur

veriùs,

veriùs, quàm domitare ſervos. Viciſſim nos non dominum cogitemus, ſed parentem. Da ergò Domine, ut noſtra obſequia ſint ſolida & ſincera, non inania & bratteata. Cæterùm tàm promta, tamq; ſedula, ut his imperia etiam duriora mitigari poſſint. Noſtra ingenia provocent charitatẽ ejus. Utrinq; certetur acriter, hinc pietate & obſervantiâ, illinc amore & juſtitiâ. Domine, rege cor ejus, dum eum tenet tanta rerum moles. Præſta eum nobis placidum: Da ei animum lenem, etſi non meremur. Inſpira ei mentem bonam & benignam, quæ eum faciat perpetuum tutorem publici ſtatûs. Sub tali patrocinio liceat nobis quietè vivere. Suggere ei conſilium. Deus, judicium Tuum da Regi & juſtitiam Tuam filio Regis.

Ut

Ut judicet pauperes populi & salvos faciat filios pauperum; & humiliet calumniatorem. Da ei vim animi & fortitudinem dignam viro principe. Hac fretus, nulla vi, nullisq; improbis artibus patietur se summo fastigio labefieri; ne posteà nullo negotio præceps deturbadima, ac secum hæc ruina trahat universos. Potius concordiam nostram autoritate stabiliat, hostes si ingruent fortiter & animosè repellat, feliciter urgeat successus suos. Tribue ei secundum cor ejus & omne consilium ejus confirma. Nunquam periculosè militet: Nulli discrimini misceatur, nisi qvod capit magnitudinem ejus. Talium quoq; fac eum exsortem. Domine, da ut iis defungatur. Rebus dubiis ne ei defice. Circunda eum cœlesti satellitio, ne

pateat

pateat ictibus percussorum, ac ne hoc imperium sit obnoxium crebris mutationibus. Fac eum osorem bellicæ feritatis & acrem amatorem pacis. Imprimis, Domine, præstane magnis & frequentibus vitiis obnubilet gloriam virtute partam. Constet, non illum abs Te nobis irato datum ut scuticam, sed à propitio, ut solamen & præsidium. Si tamen is se nobis Te volente, immutabit, si eum facies ministrum iræ Tuæ, & exactorem earumꝫ pœnarum, quas quotidiè meremur, Domine, concede, ut supplicia nostra eadem animi æquitate feramus, qua prospera tulimus. Imprimis, ut ad Te convertamur, & emendemur. Nihil interim nos dimoveat fide. Hanc Principi nostro, vel in servitute, vel in tormentis vel in morte præstemus.

Nihil

Nihil ſeditioſum cogitemus. Nullares disjungat nos ab illo. Quicquid eſt malarum artium, promptè aſpernemur ; Ne vetera peccata novis & levia ſupplicia gravioribus cumulemus. Potius huic jugo concordibus animis colla ſubmittamus. Hæc ſint piacula. Hac obſequii ſerie, quicquid durum videri poſſet aut rigidum flectatur, & molliatur. Tu Domine, dum is gubernaculum tenet, rege manum ejus ne vacillet. Miſerere ſervi tui, miſerere noſtri. Domine, ſalvũ fac Regẽ & exaudi nos in die, qua invocaverimus Te. Da eum in benedictionem in ſeculum ſeculi. Lætifica eum in gaudio, cum vultu tuo. Quoniam Rex ſperat in Domino, & in miſericordia altiſſimi non commovebitur. Domine, qui das ſalutem Regibus, qui redemi-

ſti

sti David servum Tuum de gladio maligno, eripe eum & erue de manu filiorum alienorum, quorum os loquutum est vanitatem, & dextera eorum dextera impietatis

Per Dominum nostrum Jesum Christum.

FINIS.

dio
na-
os
ex-
tis
n.

sti David servum Tuum de gladio maligno, eripe eum & erue de manu filiorum alienorum, quorum os loquutum est vanitatem, & dextera eorum dextera impietatis

Per Dominum nostrum Jesum Christum.

FINIS.